

13<sup>o</sup> Legajo num<sup>o</sup> 20.

Biblioteca Prefecta. Mayo.

12 *[faint handwritten text]*

*[Handwritten marks and scribbles on the right margin]*

## Bibliothecae

## Praefectus

Si res haec unquam alias litteraria diligenter rerum quidem suarum omnium, potissimum vero Librorum curatorem iure suo postulavit (postulavit autem semper diligentissimum, qui veluti humanae scientiae instrumenta ad communem utilitatem expedita, ad usum efficacia, ad longum posteritatis subsidium tuta praeraret) certe hac nostra aetate maximo peritum, exquisitissimique iudicii praefectum bibliothecae requirit, qui non ad inanem nobis doctrinae speciem tabernam domi instruat libraniam, multa papyris repletam, vanaque codicum elegantia luxuriantem, sed delectu optimorum scriptorum coeque, distinctoque ordine voluminum ad lectorum usum expeditam imprimis, atque ad manum promptam, et tractabilem. Nam post repositum

istud typographiae compendium, post restitutas pas-  
sim Europae ~~probitateas~~, post commencia rei libra-  
riae ab Septentrione frequentari caepta eo ventum  
iam est, ut multitudo ipsa litterarum nos non tam  
doctrinae divites, quam doctorum voluminum abun-  
dantes efficiat. Quod haud scio satis an aliter acci-  
dere potuerit, ut in ingenio humano, non abundantia  
satietaem, non satietas fastidium, non maior aequo  
Copia, nobis inopiam pareret, ac mendicitatem.

His vero

rei litterariae quisquis aut possit, aut velit incommo-  
dis mederi, quibus si qui alii certe Bibliothecarum  
Praefecti videntur medicinam, iure suo facere debere;  
is non vulgari librorum usu contentus, atque cognitione  
imbutus, sed acione iudicio in seligendis voluminibus  
usus, ea nobis doctrinae parabit subsidia, quae studioso  
scientiae, in hoc vitae brevioris ~~caricula~~ expediant ad  
eruditionem potius, quam monentur, neque eam, quod

hodie passim iam fieri coeptum est Encyclopediam  
nobis obtunderi aurium, ac doctrinarum, quam vis  
antediluviana illa nonagenarum annorum aetas pos-  
set legendo cursum totam ad extremum decurrere.

Sed ne ego  
ipse, qui expedire viam conor ad doctrinam, eam in  
describendo librorum curatione plus aequo morer, haec  
tria de Praefecto Bibliothecae paucis statuo: primum,  
debere eum in collocandis voluminibus ordinem opti-  
mum tenere: alterum in notitia optimorum scripto-  
rum longe eminere: tertium, non inextremum commer-  
cii librarii negotiatorem sese ostendere. Quibus ille  
artibus instructus, et copiam doctrinae ad manum,  
veluti in numerato pecuniam aliis habebit, et optima  
doctrinae instrumenta lectoribus, in optimis volumini-  
bus exhibebit, et instrumenta ipsa praenantiore facili  
negotio Bibliothecae suae comparabit.

Tam ratio ipsa

distribuendorum Librorum in seriniis, ac forulis Biblio-  
 thecae, cum non sit ipsa per se admodum difficilis,  
 tum vero ex multis Scriptoribus, potissimum autem  
 ex Claudio Clemente peti poterit, qui edidit volumen  
 in quarto Lugdun<sup>o</sup> an. 1733 Musaei, sive Bibliothecae  
extractio. Ego vero passus aequo animo formam ac-  
 que ordinem aedificii totius ex architecto aliquo nobi-  
 liore peti, haec duo tamen monitum Praefectum Biblio-  
 thecae velim: alterum ut ne totum in eo positum sibi  
 opinetur, si volumina Bibliothecae suae videntem in-  
 gressis illico cultum offerant, frontemque multo nitenti-  
 tem auro, aut minio ostentent, qui fucus cum sit  
 sponte sua maxime damnosus, ac facultates exhau-  
 rial rei librariae pluribus scriptis locupletandae,  
 tum vero frugalem moderatamque dedecet Bibliothecam,  
 ubi veritati potius, quam colori serviat: alterum  
 ut depicta in tabula, vel aere expressa effigies cuius-  
 vis auctoris classici in promptu exponita, ac si fieri

possit non longe ab eiusdem scriptis voluminibus  
 pateat, quae quasi publica sit pro statua, olim mag-  
 nis viris erigi solita; illa enim simulacra, et no-  
 tiones nobis scriptores efficiunt, et doctrinae studio-  
 sos ad spem similis honoris excitabunt.

Sed ab hoc

primo Bibliothecae ornatu, qui cuiusvis sit operarii  
 paulo magis sciti, atque elegantis, venio ad notitiam  
 Scriptorum, curatoris animam ipsam, si ita dicendum  
 sit librarii, à qua Bibliothecae totius salus, ac litterarum  
 utilitas pendeat. Non longe abierit, neque ad anti-  
 quos illos Graecorum, et Romanorum Praefectos, nec  
 ad iuniores ipsos, custodes in Europa Bibliothecarum,  
 utriusque in omni genere doctrinae tunc te philologiae  
 patris veneratissimos: Alexandrianam quidem Demetrium,  
 Phalensem, Romanam Tyrrannionem, Italicae Muratorum,  
 Gallicae Corneilium, Hispanicae Perium Baye-  
 xium: potius rem ipsam proprius sic cogredior, ut scrip-

tores omnes, quorum cognitionem à Praefecto nostro  
postulem, in tria veluti genera dispartiam: primum  
Classicorum Antiquorum: alterum Classicorum Ju-  
niorum; tertium Scriptorum communium: his enim  
veluti cancellis posse mihi videri omnem doctrinae  
apparatum coequare.

Hoc vero libentius ab auctoribus,  
sive magis fieri latimè, Scriptoribus antiquis, quos  
omnes vulgo exuditi in Classicis doctoribus recensent,  
initium mihi facio dicendi, quo magis eos ipsos  
hodie negligi iam coeptos animadverto ab his suis  
pedantibus, sive vero liberissimis mancipiis linguarum  
vennacularum, Gallicae, Italicae, Britannicae, His-  
panicae etiam, non sine insigni melioris iactura  
exuditionis, quae contenta obviis rivulis, fontes  
ipsos doctrinae aut penitus ignoverit, aut fastidiosè  
adire negligat. Quasi vero qui materna, et doctrina,  
et elegantia aliis praestiterint, non hoc ipsum ex cog-  
nitione antiquitatis exuditae comparaverint.

Witten.

ergo Praefectus in arctioribus praescae aetatis cognos-  
 cendis, singularem, si capit, operam impendet. Hi-  
 mum autem omnium Libros ipsos Sacros, maximo  
 Dei Spiritu hominibus traditos, cognoscendos sibi ar-  
 bitrabitur. Quod quidem facili negotio assequetur, si  
 Delongium sibi jecerit familiarem, unde Biblia Sacra  
 Polyglotta, unde Biblia separatim, orientalibus linguis  
 edita diceret. Non eo descendam, ut singillatim librorum  
 sacrorum editiones enumerem praenuntiones, id quod  
 Praefectus ex Delongio, aliisque Bibliothecis, et Appara-  
 tibus sacris, nullo labore intelliget: hoc unum velim,  
 quod haud scio an optari citius, quam sperare  
 mihi liceat, Praefectum scire hebraicae, scire syri-  
 ace, scire chaldaice, scire graece, scire latine. Atque  
 utinam ad exitum opus pendisset nuperum de  
Lingua hominum originaria, ac primaeva eruditis-  
 simus Tibellinius! ex quo veluti a fonte uno possemus  
 omnes linguarum antiquarum rivulos facillime  
 tenere. Sed fortasse exit, qui aliquando ultimam lin-  
guae originariae manum addat: interea certe Tibellinus,

non parum auxilii Praefecto nostro suppeditabit.

Constitutis

igitur in fronte, ac prima veluti sede Bibliothecae  
 sacris his scriptoribus classicis, ad classicos profanos  
 sece Praefectus conventer, quos illum si non intus, et  
 in curia, saltem de facie ac nomine, cognitos habere  
 omnes oportebit. Horum autem non duo tantum,  
 me quidem auctore, genera sibi facienda arbitretur  
 Graecorum, ac Latinorum. Me quidem doctissimus  
 Pater Sammiensis in commentariolo quodam manu  
 exarato optime monebat, olim per plures, aetates, et  
 ante, et post Christum natum fere non nisi Graece, et  
 latine scripta fuisse vulgata. Non incite, neque  
 temere hoc quidem a Sammiensis scriptum, si de  
 Eursopis nationibus interpretaris. Hoc tamen ipsum au-  
 gustius, quam paucis exat dictum nostris Praefecto videri  
 debet, qui utique libros classicos Sinensis quidem  
 linguae, classicos Persarum, classicos fortasse Sijtharum  
 etiam septentrionalium Bibliothecae suae addendos a se

iudicabit, si minus propria illorum lingua scriptos,  
 ac certe aliena iam hodie vulgatas. Quid loquar  
 de libris Arabibus, quos ~~ut~~ ego non tanti faciendo arbi-  
 trer, quanti vides habitos, plaudente etiam hodie Hispania  
 Arabibus ab eleganti Polihistone Joanne Aronorio ca-  
 pacionis fortasse memoriae, quam actionis iudicii laude  
 commendando, tamen optem nostris Praefecto ab Henve-  
 lotio, aliisque scriptoribus satis esse cognitos.

Tres ergo  
 classes commode sibi faciet scriptorum antiquorum  
 is, quem effingimus Bibliothecae Patris, atque moder-  
 nation, Barbarorum, Graecorum, Latinorum, quos  
 antiquior una aetas pepererit. De Barbaris quidem ver-  
 bum non amplius addam, quamquam ampliorum for-  
 tasse laudem promeritis, ut equibus et Graeci sint, et  
 Latini scriptores divitias doctrinae ab initio auxerit  
 cari. Ad Graecos, quibus Natura dedit ore rotundo  
 loqui, quibus Natura vim ingenii eximiam iniecit qui-  
 bus exercitatio doctrinae imperium eruditionis tribuit,

quibus magistris in Europam omnem derivata est  
 omnis et doctrinae, et humanitatis ratio, veniamus.  
 Illi quidem iure suo hoc eruditi laboris, ac litterariae  
 contentione praemium ad hanc etiam aetatem tulerunt,  
 ut quicumque ab Otomens usque ad venturas per  
 eos ipso Europae toti litteras scripserint, ii inter clas-  
 sicos auctores referantur, sive graves disciplinae,  
 sive amoeniores artes, sive sacram, ac religiosam,  
 sive civilem ac profanam velis cogitare doctrinam.  
 Quos quidem omnes primae veluti classis magnates  
 in Republica litteraria, si quis curator Bibliothecae,  
 parum habeat sibi cognitos, is neque multum ab im-  
 peritia unius alicuius rustici abhorretur, qui civi-  
 tatis suae nobiles viros penitus ignorat, neque ab  
 incertis illius civis, qui primario orbis suae magistra-  
 tus non satis cognoverit. Quam quidem si paucis  
 ante annis supinam rei litterariae ignoracionem sa-  
 tis Praefecti nostri cavissent, non tantam ad lucrum,  
 ac dolum feneram aperuissent illi Bibliopolae Ma-

drutensi, qui pervagatus oppidos Hispaniae, onustus  
 novis commentariis, rursus omni inficerionibus, utis  
 Concionatoribus Sophistis, utis Scholasticis barbaris, utis  
 Ethicis rapsodiis, utis rabulis pragmaticis, hoc tam vul-  
 gari apparatu aurea pro aeneis permutabat, ac  
 Bibliothecas classicas scriptorum Graecorum volu-  
 minibus expoliatas, ineptissimis libris inferebat.  
 Qui vero sint e Graecia doctores classici, quos nobis  
 non penitus aetas, atque barbaries Gothica invi-  
 dit ex Fabricii Bibliotheca Graeca Praefectus intel-  
 liget.

His vero Graecis magistris, antiqui scriptores  
 latini comites in Bibliotheca, discipuli scilicet docto-  
 ribus accedant, etiam si et numero longe pauciores,  
 et orationis elegantia imparis, et dignitate melio-  
 ris doctrinae multis partibus inferiores. Nos  
 etiam Fabricius in Latina Bibliotheca Praefecto  
 nostro, ut olim nomenclator servus, nomina ci-  
 vium Romanorum praebat candidatis, indica-  
 bit, in tres aetates distributos primae, mediae,

infimae Latinitatis, quae Saeculum XIII, in quo  
coepit ista natio scholasticorum hominum caput e  
terrena obrucissimum tollere, peningat.

Neque vero  
satis se officio suo fecisse existimabit, optimus rei  
librariae Praefectus, si libros classicorum scripto-  
rum typis editos in tabernam suam congererit, quae  
iam hoc tempore induritia vulgaris, ac tralatitia  
apud eruditos homines habetur, etiam si optimas dum-  
taxat editiones fanaticissime consecratur. Quae ergo  
laus epimia et Bibliothecae, et Bibliothecarii curatio  
maxime fertur? Nimirum ea quae a notitia, et ap-  
paratu codicum exaratorum petitur: Tunc quidem  
merito: Nam sine monumentis manu scriptis, et  
manca est suppellex libraria, et libri editi sine testi-  
monio sese iactant authentico, et omnis doctrina  
typographi fortasse impeniti fide sublesta labascit,  
et quae vulgata sunt menda corrigi omnino ne-  
queunt. Quare in hac parte maxime eminere debet

Inaefecti nostri diligentia, et et catalogo legendis  
Bibliothecarum maxime nobilium Vaticanae, Palati-  
nae, Parisiensis, Florentinae, Venetae, Vindobonensis,  
Britannicae, Madritensis, aliarum etiam privata-  
rum noscat optimos codices in pluteis asservatos,  
et ope palaeographicae ipse porrit codices sibi legere  
manu scriptos, si quos ad manum habebit: etsi  
in Hispaniis raro illos sit habiturus.

13

Huc etiam

spectare ad fidem vel faciendam, vel auctoritatem anti-  
quorum scriptorum confirmandam, exiuitae antiqui-  
tatis reliquiae videntur, si quae aetate secundo Mon-  
curio ferre potuerint. Hae quidem reliquiae primitivae,  
et vitae, et doctrinae mortalium cum sint in duplici  
genere, solent iam hodie ad diversos curatores referri.  
Quae enim monumenta vetera sunt nobis re-  
sidua in aedificiis, in statuis, in tabulis pictis, in  
signis inculptis gemmae, lapillisque pretiosis, in sup-  
pellectili domestica, in armis vetustis, in numisma-  
tibus, in lapidibus inscriptis hac iam aetate a Bi-

bibliothecis abduca, ad penguinas nobiliores, quae Musaeae  
 vocant, emigrare iussu principum beatorumve ho-  
 minum caeperunt. In hac quidem procuratione  
 non ego occupem Bibliothecae nostrae Praefectum, maxi-  
 me cum illa cimelia, et ut ita dicam regiae alicuius  
 domus, aulaeve instrumenta nullo auro contra-  
 caxa, non possint esse extra Italiam admodum  
 frequentia: optem tamen à Praefecto librario, ut ex-  
 ditus viator ea si possit, oculis suis aspiciat, si mi-  
 nus possit, certe typos eorum monumentorum sibi  
 procuret.

Nam alterum genus monumentorum eue-  
 ditorum in his typis positum, paulo ante significar-  
 bam, quod totum esse nostri praefecti nemo inficia-  
 bitur, nisi si quis sit omnino hospes et peregrinus  
 in hac parte reipublicae litterariae. Quin ego etiam  
 huic alteri instrumento librario tantum arbitror  
 esse tribuendum, ut eos scriptores recentes, qui nobis  
 monumenta illa antiquorum sub oculos expressas

aeneis typis ediderint, eaque nova luce suorum com-  
mentariorum illustraverint Classicos non dubitem  
appellare inviones, qui nobis viam faciliorem, mune-  
riant ad principes illos magistros audiendos.

Quare

Bibliothecae nostrae custos, ac moderator, in eo  
totus, aut certe plurimus erit ut hos minorum gen-  
tium classicos doctores, et noverint omnes et quam-  
plurimos sibi accumulet. Et vero hodie vis ullum  
est antiquitatis eruditae verigium, quod e Musaeis  
non sit iam in vulgus editum. Non heic catalo-  
gum enumerando persequar; genera tantum indi-  
cabo. Det ergo operam eruditus praefectus ut scrip-  
tores rei numismaticae, scriptores rei lapidariae  
et Graecos, et Latinos, et Asiaticos comparet. Nullum  
etiam praetermittat Antiquitatum scriptorem,  
quem non in tabernam suam adiscat. Addat eos  
libros, in quibus tabulae apparent incisae totius  
antiquitatis et sacrae, et profanae; sive eae tabulae  
aedificia pristinae aetatis, sive imagines antiquo-

num vinorum, sive veteris suppellectilis, et bellicae, et nauticae, et vestiariae, et domesticae, nobis ob oculos ponant; cuiusmodi maxime tenentur hodie tabulae Aterculanae quibus edendis omnem eruditionum nationem sibi insigniter obligavit Carolus III Hispaniarum nunc monarcha, ante Siciliae Rex.

Exit  
 fortasse non nemo, qui vel dignitate quavis doctrinae in ipsis scriptoribus Encyclopediae Academicae, quos, si Musis placet, vocant Facultativos, delusus; vel specie captus, nescio cuius eruditionis curte tems elegantis, quam sine illa mica salis, bonum solent gustum accentes isti scidi iniquentis omnibus delibuti appellare; exit inquam non nemo fortasse, qui toti ingenio antiquitati, ad quam ideo me arripere quidem, quod pervenire se ad eius arcana posse desperet, miseram hanc diligentiam, et inanem praefecti nostri industriam reprehendet in antiquorum monumentorum cura occupatam. Hos calumniatores melioris

doctrinae, nos ter praefectus, me quidem consiliano iube-  
 bit, alienos ad navim inter barbarae sapientiae so-  
 phistas clamare, alienos inter discipularum suarum  
 cathedras vel putido ore loqui blandiuscule, vel effrac-  
 ta voce misere plorare. Bibliotheca enim communis  
 quaedam humanae cognitionis vel tabernaculus, vel etiam  
 officina in se senset oportet, quidquid ab omni aere  
 humana ingenia ad nostram eruditionem reperi-  
 tum posteritati tradiderit.

Quin etiam praeter hos  
 harum deliciarum antiquarum amatores, qui undique  
 nobis erudita illa Lipsata, in suis congestas commenta-  
 riis, exhibuerunt; aliud ego genus non tam fortasse  
 delicatum, sed certe magis laboriosum, valde proban-  
 dum arbitror scriptorum, qui in unum veluti corpus  
 multa scripta colligant, ad unam aliquam doctrinae  
 partem referenda. Qua in parte nos ter Praefectus si-  
 bi comparari, velim, omnes vel thesaurus (sic enim voca-  
 re solent) vel collectiones Conciliorum Ecclesiarum,

Collectiones Bullarum Pontificiarum, collectiones Fac-  
 denum Politicarum, (compus appellant Diplomaticum)  
 Collectiones Hagiographorum, qui vitas sanctorum ho-  
 minum collectas ediderunt. Collectiones, et Catennas  
 Patrum à quibus Sacra Biblia sint elucidata; col-  
 lectiones denique eorum Codicum, sive monumentor-  
 rum (anecdota dicunt) quae aetatis potissimum me-  
 diae in in forulis Bibliothecarum cum blattis, ac  
 tincis luctata, ad nostram aetatem pervenire po-  
 tuerunt. Neque vero est, cum quisquam istos scrip-  
 tores obcurare memoriae in derelictis habendos  
 existimet, ex quibus ut nihil aliud boni quis sibi lu-  
 cretur; certe fidem historiae eorum temporum  
 illis testimoniis maxime confirmabit.

Antequam de  
 no penitus ab his scriptorum antiquorum mo-  
 numentis discedam, non possum, quin doctum per  
 se, opinor praefectum, illud tamen paucis commo-  
 neam dandam sibi esse cum frimis operam, ut

Classicorum auctorum optimas editiones Bibliothecae  
 suae comparat. Optimas porro sibi habeat Editiones  
 et antiquissimas, et recentissimas: alteras ut testes in-  
 corruptos codicum manu scriptorum, alteras, et maxi-  
 me castigatas ad unguem, et multorum commentariis  
 us optimo in lumine collocatas. Haec opus est omnino,  
 ut officinas typographicas maxime nobiles, Venetas,  
 Romanas, Florentinas, Parisienses, Belgicas, Britan-  
 nicasque bene notas, et quam familiares praefectus  
 habeat; quod illi erit maxime in praedicti, si ad ma-  
 ximum habebit Annales Typographicos Morainii,  
 ut alios omitam Historiae Litterariae Scriptores  
 bene multos.

Absolutis ergo duobus iam generibus  
 Scriptorum Classicorum, quos initio praefecto cog-  
 noscendor dabam, renat nunc tertium aliud maxi-  
 me auctorum genus, quod oblique gentium, ac locorum  
 hoc maxime tempore ebullit, per quos, sudantis  
 bus praedictis nulla quies in Europa permittitur. Haec  
 ergo ordinarios auctores initio appellabam, quotidi-

anos scilicet de rebus omnibus scriptores, quibus non  
 privatae modo domus, sed ne regiae quidem basi-  
 licae iam hodie capiendis satis esse posse videantur.  
 Haec si usquam aliad, maxime ex opus delectu, ac  
 reiectione. Cui vero iam sit ferme is ordo hominum  
 auctorum receptus, ut pro alio genere doctrinae,  
 in qua alii versentur, sint alii in foribus aliis  
 distributi ut theologorum, ut Philosophorum, ut Juris-  
 consultorum, ut Philologorum, ne plures persequar  
 classes, seorsim soleant in bibliothecis recenseri; ego  
 tamen haud scio satis, an sit maxime probanda  
 distributio sic utique ruda, et simplex nisi acce-  
 dat notatio aetatum, sive saeculorum, in quibus  
 illi doctores scriptas suas aut vulgaverint, aut  
 certe confecerint.

Quod si in ipsa librorum col-  
 locatione haec dilucida ratio minus aut soleat,  
 aut possit etiam facile sensari; certe illud ne-  
 mo non videat in praefecto bibliothecae magno

pene probandum, si ipse communes has scripturas temporibus notator, ac descriptor suis sibi deposuerit.

Ergo in singulis doctrinae generibus, cum à Classicis scriptoribus ad hos ordinarios descenditur, videbit praefectus ut sibi comparet non omnes quidem illius generis scriptores, quod et fieri vix potest, et inutile factum maiorem cente partem fuerit, sed principes quosdam et maxime probatos, qui de tota illa facultate, sive materia scripserunt. Deinde quod ad singulares locos, sive tractatum cuiusvis scientiae pertinet, dabit etiam operam, ut unum aliquem, qui in iis sit potissimum versatus cum laude, sibi deligat, quasi magistrum principem, atque consphaerum, qui potissimum in sectaria doctrina, quam noviones scholam vocant familiam ducere omnem videatur. Atque in hac parte operae praetium profecto faciet, si thesaurum variarum dissertationum, ad eam rem facientium conquirat, in quibus saepe diligentiores se praebere solent homines, cum se to-

tos vni cuiusdam tractationi impenderint.

Huc ego re-

vocandos iudico commentarios maxime hodie facien-  
dos Societatum litteratarum, quas his ultimis sae-  
culis institutas in Europa, et pecunia publica  
instructas scimus. Parisiis, Londini, Lipsiae, Ber-  
nolini, Petropoli, aliis denique in oppidis nobilioribus.  
In horum enim Collegiorum scriptis, favore  
virosum principum, cum plura rei litterariae ~~mon-~~  
argumenta sunt ad vivum resecta, quae ad res physi-  
cas, ad res mathematicas, ad res etiam philologicas  
pertinebant. Videbit tamen nostrae bibliothecae cu-  
rator, ne sine defectu omnium itarum Acade-  
mianum scripta domum admittat, quarum plerae-  
que, in Italia maxime, de nugis dumtaxat et a-  
gunt, et scribunt canonis.

Post hoc Academicarum,  
ut iam hodie loquimur commentarios, aliud  
genus librorum, quod maxime in usu esse, ne

ipra, id est exuberantia doctrinae copia cogente, cogente  
 te coepit, suae bibliothecae praevidebit praefectus, quos  
 Excerpta olim a Photio fieri instituta, nominamus.  
 In tanta enim scriptorum turba, ac veluti im-  
 bre librorum assiduo, quem eromere non cessant  
 typographia, plus aequo frequentia, est omnino opus  
 compendii istis litterariis, si eruditionem recentem  
 volumus primordiis etiam labris attingere. Cum  
 vis per totum vitae tempus sit singulis civibus  
 concessum, quae in sua cuiusque provincia, ne  
 dicam urbe vulgantur scripta, oculis suis om-  
 nia lustrare.

Quid vero loquar de isto Encyclo-  
 pedico genere librorum, cui primas, ne dicam et  
 secundas, et tertias, ait olim Demosthenes actioni  
 orationis, critica haec aetas ubique studio conce-  
 dere videretur? Certe huiusmodi libris si bibliotheca  
 careat, non admodum ab istis eruditis frequen-  
 tabitur, qui omnia in Onomasticis, in Lexicis, in  
 Florariis, in Dictionariis, in Comuocopiis sibi reposita

ad usum doctrinae facillimum existimant. Solo  
nimis antiquae doctrinae videri amicus, facile  
dabo nostro praefecto, ut ad singulas scientias si-  
bi compararet Dictionarium; nec repugnabo si prae-  
ter hoc Epitomen doctrinae, compendium praeterea  
maiorum operum adiungat: non quod ego mihi  
persuadeam, huiusmodi compendii doctrinae citi-  
us ad opes eruditionis Germanae quemquam por-  
se pervenire; sed quod plane videam veniendum  
esse ex temporibus, et studiis plurimorum, qui  
speciem humanitatis potius, quam solidam doctri-  
nae eruditionem ambire videantur.

Nunc iam  
bene a praefecto nostro cognitio librorum tibi  
comparandorum generibus, reliquum illud est  
eiusmodi officium, quod tertium ab illo desidera-  
bam initio huius commentarii, cum illum stannu-  
um librorum negotiatorem mihi effingebam. Nec  
enim satis erit cognitae habere doctrinae merces

melioris et officinae, et commotio nisi mercatorem  
 sese praebeat novum, atque induratum, qui iusto  
 eas redimere pretio didicerit. Itaque ergo peritiam  
 librariam, ut ita loquar, nostram praefectus non ae-  
 que sibi comparabit, si praeter Bibliothecas scripto-  
 rum, cuiusque et nationis, et ordinis, et Academiae,  
 quaerat catalogos librorum, qui non modo in biblio-  
 thecis et publicis, et privatis asservantur, sed qui  
 etiam in tabernis librariis prostantur celeberrimis,  
 cuiusmodi hodie sunt in Europa plurimae, in Italia  
 Venetae, in Gallia Parisienses, in Germania Lipsienses,  
 in Belgio Amstelodamienses, in Britannia Londinenses.  
 Atque isti quidem indices librorum, venalium  
 tam sunt obique viles, ac tractatitii, ut eos invitis  
 etiam obtundere soleant bibliopolae, modo quis pau-  
 lo magis sese studiorum rei librariae ostendat.  
 Quod vero ad pretium in istis catalogis appingit  
 solitum singulis libris, attineat, hoc pro compenso  
 habeat praefectus, tene illud ibi fieri duplo minus, po-

vicimum à bibliopolo Italico. Omnino libri in Italia  
editi viles, in Gallia non ita cari, in Britannia, et  
Belgio carissimi haberi solent. Sunt praeterea con-  
ti quidam libri rarioris, quod in ipsis ferme anno-  
tatum catalogo, quos praefectus nostrus, si parum  
ambiat, non varde bibliothecae aliouin bene instruc-  
tae nocebit.

Haec de erudiendo praefecto dicere ha-  
bui crassa Minerva, quae vix hominum quem-  
quam iuuent, nisi ipse ita sit ab omni alia cur-  
ra expeditus, ut in rem, quod aiunt, praesentem,  
quotidie veniat, et bibliothecae continuo adhaereat  
suae. Ibi singula volumina recognoscat; ibi indicem  
voluminum diligentissime confectum habeat: ibi in  
loco communi, si fieri possit, digerat capita doctri-  
narum, additis scriptoribus, qui eas tractaverint:  
ibi litteras frequentes scribat, per quas certior fi-  
eri ab aliis possit, quae obique locorum vulgentur  
in singulos annos monumenta doctrinae. Quae

quidem officia si dixeris sine pecuniae copioribus  
subsidio obtinere non posse, videndum me sane praes-  
buero omnibus, qui illud Demosthenis legerint:  
δεῖ δὲ χρημάτων καὶ ἀρετῶν <sup>τῶν</sup> ἴσους ἕσθαι γερῆσαι τῶν  
θεοῶν.

A. D. XVIII Kal. Julii

Benedictus & Morosus, et C. Fran-  
col.